

Si nomen Iesu coelitus fuit Christo impostum (Matth. 1): *Vocatum est nomen eius Iesus*; Baptistae etiam ex divina revelatione, pater, cum matris esset, coepit loqui dicens (Luc. 1): *Ioannes est nomen eius*: nato enim Ioanne, qui vox erat, vox nata est patri eius. Si *Isaias angeli cognomen Christo Domino dedit* (Isa. 9): *Vocabitur magni consilii angelus*; eandem Ioanni angeli appellationem Malachias impertivit. Si Christus Dominus splendidae lampadi comparatur, et ardent: *Salvator eius ut lampas accendatur* (Isa. 62); Ioannes ardentem lucernae confertur: *Ille erat lucerna ardens et lucens* (Luc. 13). Si Christus peccatorum poenitentiam praedicabat (Matth. 3): *Nisi poenitentiam egeritis, omnes simul peribitis*; Ioannes idipsum omnibus clamabat (Marc. 2): *Poenitentiam agite*. Ac tandem adeo persimilis Ioannes Christo exiit, ut multi dubitarent, an ipse esset verus Christus: *Tu es, qui venturus es, an alium expectamus?* alii vero e contra Christum Ioannem Baptistam esse existimabant; illo enim interrogante (Matth. 17): *Quem dicunt homines, esse filium hominis?* responsum accepit, nonnullos putasse esse Ioannem Baptistam: *alii Ioannem Baptistam, alii Ieremiam*: et ut uno verbo nulla dicam, eo processit haec mira inter Christum et Ioannem similitudo, ut oportneret evangelistam Ioannem, ne mundus deciperetur, Baptistam verum reputans esse Messiam, expressis verbis, dum evangelicam texeret historiam, haec verba dicere (Ioan. 1): *Non erat ille lux, sed ut testimonium perhiberet de lumine*. Sic enim illum descripsit, et distincti ab increata luce Verbi incarnati, de quo immediate subiunxit (ibid.): *Erat lux vera, quae illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum*. Haec igitur futura similitudo a Christo praecognita causa extilit, ut ipse Ioannem visitaret, et quodam sympathiae ac symbolicae indolis pondere in eum ille ferretur, et traheretur, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit, et regnat in saecula saeculorum. Amen.

HOMILIA IV.

Ostenditur iterum Christus Dominus in utero matris festinasse, ut Ioannem sanctificaret; cuius occasione sanctorum Patrum testimoniis palam fit, quam sit Deus ad miserendum proclivis et velocis: De misericordia autem in hac visitatione divinitus collata gaudent Ioannes, Elisabeth, Zacharias, Deipara Maria, Christi humanitas, immo et beatissima Trinitas.

In hac sacra visitatione, in qua b. Virgo, velut feruleum veri Salomonis, Christum Dominum ad Ioannem defulit, contempletur aeternum Patrem unigenitum suum humana carne recens indulum, his verbis urgere (Prover. 6): *Fili mi, discurr, festina, suscita ancium tuum*: ac si diceret: *Visita fili futurum tuum amicum Ioannem, idque festinanter, ut cito a pec-*

cati originalis morte ad vitam gratiae illum revoces. Sane Christus, lamquam Patri obedientissimus, festinavit continuo salutaris suae gratiae medicinam ad mortis infirmitatem sanandam illi exhibere; de qua Salomon dixit (Ecl. 43): *Medicina omnium in festinatione nebulae*: festinante enim Maria per nebulam significata, quia sicut nebula solem tegit, ita ipsa humanae carnis nebula, *iolestiae solem*, aeterni Patris Filium cooperuit, festinante inquam Maria, qua Christus Dominus ferebatur, festinavit ipse, ut Ioannem a diaboli faucibus eriperet. Sed quid quaeso non acceleraret, cui propter summam eius velocitatem Pater hoc nomen imposuerat (Isa. 8), *accelera, spolia detrahare, festina, praedari*: hoc est, a diaboli misera servitute animas eripere propra. In cuius figuram legitimus de Samsone dictum esse (Jud. 13): *Erit enim Nazaraeus ab infantia sua, et ex matris utero, et ipse incipiet liberare Israel de manu Philistinorum*: ecce nunc Christum Patris fortitudinem per fortissimum Samsone significatum, qui ab utero virgineo matris suae coepit liberare Ioannem ab infestissimo hoste peccati originalis. In eo sane illud Isaias (c. 11) portentum impletum intueor: *Delectabitur infans ab ubero super foramine aspidis: et in caverna reguli, qui ablati fuerit, manum suam mittit*: licet enim frequentius haec verba intelliguntur de Christo infante ab idolorum cultu reges Magos vocante, merito etiam de ipso in utero Matris existente intelligi commode possunt, cum inde omnipotentis virtutis suae manum in cavernam animae Ioannis mittens, in qua peccati originalis aspis, seu regulus iacebat, a veneno huius mortiferi serpentis illum eriperet: persimilis in hoc fortissimo illi Herculi, de quo narrat historiographi, quod infans a matris ubere pendens, draconem mira sua fortitudine suffocabat. Quam veraciter tunc posset Ioannes sibi usurpare verba illa David (Psal. 39): *Dominus sollicitus est mei*: neonem et illa Iob (c. 10): *Vitam, et misericordiam tribuisti mihi, et visitationem tuam custodisti spiritum meum*. In his beneficis Ioanni collatis videtur mihi Christus Dominus fecisse, quod olim imperatores, cum Romam victores ingrediebantur, faciebant: ut enim commemorant Antonius Augustinus archiepiscopus Tarraconensis, et eruditus auctor Guilielmus de Choul (lib. de ant. rel. Rom.), consueverant Caesares auream quandam monetae ingentis quantitates eudere, quae ex alia parte Caesaris vultum et nomen, et alia praecipua eorum gesta sculpta continebat, huiusque generis numismata non pauca in die ingressus illius populo publice effundebant: ad eundem certe modum Christus Dominus, supremus coeli et terrae imperator, recens mendum per humanae carnis assumptionem in utero Virginis ingressus, coepit coelestia charismata in Ioannem, et Elisabeth, ac in totam eius familiam effundere, quae sane, instar illorum numismatum, Dei faciem sub humana carne latentem referebant, cum divinae solum omnipotentiae sit animas iustificare, et Spiritu sancto illas replere, prout a Christo Domino repleti fuerunt Ioannes, et Elisabeth, ut testatur d. Lu-

cas. Verum huius insignis operis illa celeritatis circumstantia, magna commendatione celebranda venit, dum ad sanctificandum Ioannem Christus Dominus ortum eius non expectavit, sed ineffabili sua misericordia illum praeveniens, ante fecit sanctum, quam natum; ante cultorem coeli, quam terrae; ante Spiritus sancti suavi aera perfrui, quam communi aeris spiramine potiri: ex quo stupendo divinae clementiae opere non possum non ansam sumere ad manifestandos divinae bonitatis thesaurus, quos ea in re mirifice ostentat, quod ad miserendum proclivior, ac pronior, quam ad puniendum est, ut sacra volumina frequentissime praedicant. Verum quia de his longum luxuriosum sermonem in homillis nostris catholicis in universa christiana Religione arcana lib. 2. solum hoc loco eorum, quae sancti Patres in hoc genere argumenti sapienter scripserunt, pulchram catenam contexamus. In primis antiquissimus Origenes (hom. super c. 1. Jerem.) cogitandi acumen, et dicendi facundia celebrantissimus, in commentario Ieremiae prophetae haec scripsit: *Deus ad beneficiendum promptus est, ad puniendum autem eos, qui poena digni sunt, dissimulat*. Cum possit quippe tacens, et sine contestatione venturi punire eos, quos simul dignos supplicio iudicat, nunquam hoc facit, sed etiam si condemnaverit, dicit, quod sibi semper dicere propositum est, ut liberentur a condemnatione per poenitentiam, qui condemnati fuerant per delictum. Horum exempla cum de Scripturis multa possumus accipere, sufficienter incidentia. Nivitate peccatores condemnati erant a Deo: adhuc enim quadraginta dies erant futurum, ut Nivite subverteretur; noluit eos cum silentio Deus punire damnatos, sed iam eis locum poenitentiae, et conversionis, misit prophetam, ut diceret illo: *adhuc quadraginta dies, et Nivite subvertetur, qui condemnati erant, non perirent, sed agentes poenitentiam impetrarent misericordiam Dei*. Qui in Sodomis, et Gomorrhis iam erant excitio destinati, ut manifestum est ex sermonibus Dei, quos locutus est ad Abraham; atamen quod erat suum, fecerunt angeli, volentes eos salvari, qui se indignos salute iudicaverunt, haec dicentes ad Loth: *Est tibi hic aliquis gener, aut filii, aut filiae? Neque vero ignorabam non esse eos secuturos Loth, sed ostenderant suam pariter, et eius, qui eos miserat, benignitatem in homines et amorem*. Horum quiddam simile invenimus in Ieremia scriptum esse. Est enim adnotatum tempus prophetae eius, quando coepit prophetae: quisque ergo qui Scripturas legit, sciet, quia coepit prophetae in diebus Iosiae filii Amon regis Iuda, usque ad annum tertiumdecimum regni eius; deinde prophetae in diebus Ioaikim filii Iosiae regis Iuda, usque ad consummationem undecimi anni Sedechiae regis Iuda; et legens didici, quia per tres reges prophetae eius contexta sit usque ad captivitatem Ierusalem in quinto mense. Quid ergo docemur per haec? Condemnaverat Deus Ierusalem propter peccata quae fecerat, et haec erat extrema sententia, ut captivitate relinqueretur; verum tamen cum hominum sit amator, nec quemquam velit perire, antequam depopulationis tempus instaret, misit et hunc prophetam, ut per

sermones eius ad poenitentiam converteretur; misit eundem, et sub secundo rege post primum; misit quoque sub tertio. Quid plura? Captivitas iam imminerebat, et adhuc adstrabat Deus, tribuens, ut ita dicam, et ante unam diem, locum poenitentiae: unde scriptum est, usque ad captivitatem Ierusalem, et usque ad quintum mensem prophetasae Ieremiam. Iam hostium vincula restringerant manus, et nihilominus haec quodammodo dicebat Deus: *ecce captivi facti estis, agite, licet sero, poenitentiam; rogare me, et parcam vobis*. Possum eruere de captivitate, qui tradidi Ihabemus itaque quidem necessaria ex susperscriptione ista, quae continet tempora prophetae, quia iuxta suam clementiam exhortatur Deus semper homines ad salutem, ut cessante delicto, etiam captivitas conquiescat. Haec autem et de nobis possumus intelligere, si peccaverimus, et nos captivi futuri sumus. Etenim tradi peccatorem Satanae nihil distat ab eo, quod Iudaei sunt traditi Nabuchodonosor; utique uti illos Deus concessit adversario propter frequentes impietates, sic nos propter peccata, quae fecimus, tradimus spirituali Nabuchodonosor: Quos tradidi, ait Paulus, Satanae, ut discant non blasphemare. Putas, quantum malum est peccare, ut tradamur Satanae captivati animae eorum, qui relinquuntur a Deo? non sine causa, neque sine iudicio Deus relinquit, quos deserit: cum enim miserit pluciam super vineam, et vinea pro vasa altulerit spinas, quid faciet, nisi ut mandet nubibus, ne pluant super eam imbrem? quapropter in proximo est propter delicta nostra, quae nobis concessi sumus, et nos captivi. Futurum est enim, ut si non egerimus poenitentiam, tradamur Babylonis, qui nos sensibilibus excruciet. Istis iam adiacentibus, sermones prophetarum, sermones legis, sermones Apostolorum, sermones domini Domini hortantur ad poenitentiam, provocant ad salutem; si autem audierimus, credimus ei qui dixit: *Et ego poenitentiam agam de omnibus malis, quae locutus sum facere eis*; haec enim Origenes. Audiamus nunc d. Hieronymum (in cap. 31. Ose.), qui explicans illa verba: *Non faciam furorem irae meae: non convertur, ut disperdam Ephraim: quoniam Deus ego, et non homo, ait: Quantum in me est, quantum ego cupio, si errorem veritate correxerit, si me magis amaverit, quam mundum; Deus ego sum, et non homo, lapsis manum porrigam, errantes ad salutem vocabo; et quia sanctus sum, propterea non ingrediar civitatem: post Dominum ambulabo, ad d. Septuaginta, et est sensus: Quia conversum est cor tuum in te, et non secundum peccata nostra fecisti nobis, sed inlutaris tuam clementiam, et nostra delicta non punis, et polliceris te sanctum in nostri medio versaturum, ideo et ego maiorum hominum non ingrediar civitatem, neque ero de numero peccatorum, sed ambulabo post Dominum Deum meum. Hebraei autem ex persona Dei ita edisserunt: non te derelinquam, non ibo ad aliam gentem, neque ingrediar alteram civitatem, post Dominum ambulabunt; haec ille.*

Sed et d. Chrysostomi praecleara verba minime praetermittam, qui (hom. 18. in Gen. 1. 1) ait: *Post peccatum exersit Dominus Adam de paradiso, in quo ostendit simul cum flagello mi-*

sericordiam; et ut hoc discamus, oportet, verba divinae Scripturae considerare: et nunc, inquit, ne quando extendat manum, et accipiat de ligno vitae, et comedat, et vivat in aeternum. Nam quia magna intemperantiae, inquit, indicia exhibuit, praeveritandaque mandatum mortalitas factus est, ne nunc et lignum, quod citan praecipit continum, attingere audeat peccaturus perpetuo, satius fuerit hinc ipsum eiri; ita ut magis providentiae, quam indignationis fuerit illa eiectione. Hic enim mos est Domini nostri, ut puniens non minus, quam beneficiens, suam erga nos declaret providentiam. Quippe et hanc poenam admonitionis gratia nobis irrogavit, quia utique si scivisset nos non peiores fieri impune peccando, nequaquam ultra punisset, sed ut reprimat nostrum ad deteriora progressum, et tollat malitiam ulterius grassantem, suam sercandam misericordiam puni: et infra: *Eiecitque Dominus Deus Adam, et habitare fecit eum e regione horti deliciarum.* Animadvertite, quod Dominus noster in singulis operibus misericordiae argumentum ostendit, et singularum poenarum species bonitatis plenae sunt. Non enim hoc solum misericordiae et benignitatis argumentum erat, quod eiecitbat, sed et quod contra paradysum illum habitare facebat, ut ingem dolorem haberet, quotidie cogitans, unde eieciderit, et in quem statum se coniecerit. Et quoniam gravissimi doloris spectaculum erat, est tamen magna utilitatis occasio, ut dolens continuo aspectu munitur, et cautior esset in aliis, ne iterum in ea peccata incidere, qui hominis, ut plurimum, mos est. Itaque tanta rerum mutatione docemur, et a quibus excidimus, et quibus nos ipsos malis inieciimus. Itaque quod prope, et e regione paradysus nos habitare iussit, nostri curas signum fuit, ut et spectando memor esset, et indolenturum faceret, et neque immodica vivendi cupiditate concupisceret, neque foris existens de ligno comedere praesumeret. Idem et d. Chrysostomus (homil. 24) ait: Imperat iusto, ut fabricet arcam. Volebat enim illos, qui tam graviter peccaverant, fabricatione arcae admoneri, ut secum cogitarent, quae fecissent, respiciendoque indignationem non experirentur: et infra: Ego autem inducam diluivium super terram: etiam nunc pro sua misericordia indignationem bonitate temperat, talem poenam infert, quae sine dolore sit, et non sentiat. Et quia videro ulcera eorum incurabilia, sistere volo malitiae fluentia, ut ne gravioribus poenis obnoxios se faciant: et infra: Adhuc septem dies sunt, et ego induco pluviam super terram, et cetera. Attende obsecro etiam ex iis, quae nunc dicta sunt, bonitatis divinae excellentiam, quomodo post tantam longanimitatem, etiam nunc ante septem dies praedicit, volens metu emendatioris illos reddere, et ad poenitentiam reducere: et infra: Inducam pluviam quadraginta diebus, et quadraginta noctibus. Quid? non erat ei possibile, ut uno die totam pluviam induceret? quid, inquam, uno die? uno momento posset: sed hoc dedita opera facit, volens simul, et timorem incutere, et occasionem praestare, qua possent poenam effugere. Et delebo, inquit, omnem substantiam, quam feci, a facie terrae usque ad pecus. Vide quomodo, et semel, et iterum praec-

dicat, et neque sibi supplicat; haecenus d. Chrysostomus. Quibus alia eiusdem auro eius ore digna non pigebit apponere; sermone namque de Adam ait: *Manifesta est Dei lenitas, et vel ex his saltem initiis, quae humano generi demonstrata sunt. Cum Deus legem dedit primo homini, et legislator ab illo contemptus est, non fulmine illum ultus est, non indixit, quam minatus est, sententiam, sed finxit quasi indignabundus strepitum, ita ut Adam ceteris fugae tempus haberet, interrogationeque instrueretur; itaque eum, in mediâ fuga esset, Deus adstant clamabat: Adam ubi es? simulat se non videre, quem fugerat. Ubi es? ubi imago meae primam formata? ubi paradisi pretiosissimus ornatus? ubi manuum mearum artificium: ubi imago regni mei nuper depicta? ubi nunc familiaris meus amicus? comparere non audentem animal, mortuum ad verba adhortatur. Palpat voce, quasi febre laborantem, ut dicto morbo, valedudinario se committat; nomine vocat occultatum, ut vocacionis mansuetudine venietur, et timore mortuus, cogitationes refocillabundus assumat: adhuc me, ut pater, advocat, et ut praecariorum non perdit iniudicatum: nondum implet sententiam, quam antea minatus est, sed darsponsio locum. Propter hoc figura huius interrogationis, qua simulat Dominus nescire quod gestum est, utique Deus, ut cum seipsum redarguat ille, discat Domini suavitatem; a seipso quidem amicus nuditate, a Domino autem tecta eius terpitudine. Et quid dicitur bonitatem, quae se in omnia saecula, et populos effundit, in unum tempus concludo? mansuetus enim est, et etiam inimicis misericors; et alibi: Prior etiam occurrit, ut conciliet inimicos, et ut ament hi, qui impie egerant, studet aribus quibusdam efficere. Ex multis autem unam hanc narrobo. Israelitas electos variis miraculorum operationibus facebat, et praeclearos praee omnia monstrabat, omnem, ut ita dicam, crealvarum propter illos alterans, et elementorum ministeria mutans; defluam ostendens petram, preparans noras praescribens, eaque omnia in gloriam ingrati Israelis: cum vero idolis servire coeperant, pessime tributentes Deo, habuit quidem ad ultionem fulmina, sed natura ad multitudinem vergebat. Abstinebat quidem ab allione omnium, sed curabat ut amaretur ab his, qui offenderant. Ieremiam mediatorum facit: vade, inquit, et lege sermones islos, et diceas eis: Convertere ad me peregrinatio Israel, et non irascar vobis in aeternum. Tantum apud istum est misericordiae pelagus; haecenus d. Chrysostomus. Quibus ultimo loco subiungam dulcissima mellifluis Bernardi (ser. 5 de Nat. Dom.) verba, qui exponens locum illum Pauli (2. Cor. 1): *Benedixit Deus, et Pater Domini nostri Iesu Christi, pater misericordiarum, et Deus totius consolationis, sic habet: Benedixit Pater misericordiarum, cui proprium est misereri semper, et parcere. Sed forte quis dicat: Quomodo illi proprium est misereri, cuius iudicia abyssus multa? Neque enim dicitur: Omnes viae eius sola misericordia, sed misericordia, et veritas. Non minus iustus, quam misericors est, cui miseri-**

cordia et iudicium decantatur. Verum is quidem cuius vult, miseretur, et quem vult, indurat; sed quod miseretur, proprium illi est. Ex se enim sumit materiam, et velut quoddam seminarium miserendi: nam quodammodo cogimus, ut longe aliter de corde ipsius miseratio, quam animadversio procedere videatur. Ipsum audi dicentem: Numquid voluntatis meae est mors impij, dicit Dominus, et non magis, ut covertatur, et vivat? Recte igitur non Pater iudiciorum, vel, ultionum dicitur, sed Pater misericordiarum, non modo quod, ut pater, miseretur misereri potius, quam indignari, et quemadmodum pater filiorum, miseretur timentibus se, sed eo magis quod miserendi causam, et originem sumat ex proprio, iudicandi, vel ulciscendi magis ex nostro. Vocal autem Paulus Dominum patrem, non unius tantum misericordiae, sed misericordiarum, et Deum non unius, sed totius consolationis, qui consolatur nos, non modo in hac vel in illa, sed in omni tribulatione. Misericordiae Domini multae, ait quidem, videlicet, quia multas tribulationes iustorum, et de omnibus his liberat eos Dominus. Misericordia nostra multiplex est, non modo magnam misericordiam, sed et multitudinem quaerit misericordiarum. Patrem misericordiarum Iesum vocamus, quia duplicem venit tollere miseriam, animae condonando peccata, et corporis, ea resuscitans et configurans corpori claritatis suae. Unde et his dicit Propheta: *Consolamini, consolamini populo meo, dicit Deus vester, ut videlicet certissimum, quod utrumque sit salcaturus, qui neutrum suscipere est dedignatus.*

Ecce praeclearis sanctorum Patrum testimoniis divinum misericordiarum contestatam, qua semper Deus pronus adeo est, et proclivis ad miserendum, et beneficiendum, ut ubi nostra vulgata legit: *Ascensor coeli auxiliator tuus: versio Sanctis Pagnini habeat: Aequitans coelos in auxilium tu; et ex admiranda coelorum velocitate coelestes, quam celeriter ad miserendum errat, qui illis, velut equis, insidet: ad quod idem alludunt verba Prophetae (Malach. 4): Et sanitas in pennis eius: non dixit in pedibus, licet alioquin pedibus suis grade-retur Christus ad permultos sanandos, quomodo progressus fuit in domum Lazari, ut a mortis infirmitate eum eriperet: non dixit, in manibus eius, licet alioquin per manus impositionem non semel infirmos ad pristinam sanitatem revocaret: Et imposuit illi manus, et erecta est; sed consulto dixit: Sanitas in pennis eius, ut quantum aliorum motus manuum et pedum motu veloci esse perhibetur, tanto magis velocitatem Dei in auxilium inopi ferendum significaret. Hinc Isaias volens commemorare vindictam, quam Deus de quibusdam divinae legis praevericatoribus sumpturus erat, prius dixit sub elegantibus metaphoris, quasi moeste ferret a peccatis hominum compelli ad illos puniendum (Isai. 26): *Eccce Dominus egredietur de loco suo, ut visitet iniquitatem habitatoris terrae contra eum: in quibus verbis Isaias praesupponit divinam clementiam ac benignitatem proprium centrum esse Dei, in quo ipse requiescit; unde quemadmodum quando res naturales separantur a suo centro, violentiam**

sustinent, ita ad significandum Deum, quasi a nostris iniquitatibus coactum, ut severe nos puniat, et quendam se quodammodo violentiam pati, a proprio misericordiae centro egrediens, ideo dixit: *Eccce Dominus egredietur de loco suo, ut visitet iniquitatem.* Similia lego dixisse Michaeam (c. 1): *Eccce Dominus egredietur de loco suo, et descendet, et calcabit super excelsa terrae.* Observanda est metaphora illa, quam addit, sub verbo illo descendet, quod cum Dominus Deus noster ignis consumens est, natura aulem ignis cum sit ascendere, et alioquin descendere compellatur, violentiam patitur, ita quodammodo vim peccata hominum inferunt Deo, dum de sublimi loco suo ad ea puniendum illum descendere compellunt. Unde d. Hieronymus (l. 13. cap. 14. in com. sup. Zach. proph.) eleganter dicit: *Egredietur Deus de loco suo, quando quietem, et mansuetudinem, et clementiam suam pro emendatione peccantium rumpere cogitur, qui per naturam dulcis sit, vitio nostro anarus efficitur, non sibi, sed nobis. Quare cum divina eloquia ex una parte pedes sponsi lapideis columnis, quae gravissimae sunt, comparant: *Crura illius columnae marmoreae; ex altera vero eosdem componit cum pedibus capreae, et hinnuli: Similis est dilectus meus capreae, hinculogue cervorum: nullam in his verbis contradictionem reperiri putemus, quia sponsa considerans ad puniendum lento passu, et moroso gressu abire sponsum, ad beneficiendum vero, et miserendum veloci cursu propere, propterea marmoreis columnis ad significandum primum; pedibus vero capreae, et cervorum, ad denotandum secundum apte illum comparavit. Cum igitur in hoc itinere Mariae pergeret Dominus ad beneficiendum Ioanni, quasi pedes hinnuli cervorum assumpsit, spona dicebat (Cant. 2): *Eccce iste venit saliens in montibus, transiliens colles.* Beneficium autem quod ei contulit, illud primum fuit, quod peccatum originale, quod eius animam detestabilem divino igne conspexit reddebat, continuo expulit. Quod singulare beneficium Ioannes agnoscens, statim laetabundus in utero materno tripudians coepit: *Exultavit in fons in gaudio.* David quidem interrogavit (Psal. 113): *Quid est tibi mare, quod fugisti, et tu Iordanis, quia conversus es retrorsum? Montes exultatis sicut arietes, et colles, sicut agni ovesium.* Responsum autem accepit: *Facie Domini mota est terra, a facie Dei Iacob.* Licet mihi in praesentiarum persimilem interrogationem facere: Quid est tibi, peccatum originale, quasi procellosum mare genus humanum inundans, quod fugisti, et tu Satan, quia conversus es retrorsum? et quid est, quod Ioannes exultavit in utero? Sane respondere licebit: *A facie Domini mota est terra, hoc est, terrena infantis Ioannis substantia mota est a facie Dei Iacob, quem infantulus coram se virgineo in thalamo recubante praesentis. Unde Chrysostomus (ho. de Io. Bap.) pro prosopopoeiam Ioannem loquentem introducens ait: *Accessit, qui solvit vincula, et quid ego sedeo vincetus? venit Verbum, ut omnia constituat, et ego adhuc maneo detentus? exibo, praecurrarum, et praedicabo omnibus.* Contemplor et ego similiter Ioannem ibi***

mente dicentem: *En ipse stat post parietem nostrum: En dilectus meus loquitur mihi* (per os matris suae); *anima mea liquefacta est, ut dilectus locutus est*; igne sui amoris flagro, et dulcedine mirae suavitatis eius liqueco, immo cor meum, et caro mea exultaverunt in Iesum Deum. Quis hic non miretur, cum a saeculo non sit auditum gaudium, et tripudium antiquius? Ortus olim propheta vocabatur *videns*, quia a longe, Domino revelante, quasi lynceis oculis, futura praevidebat; Ioannes autem in utero matris plusquam propheta est, cum antequam natus, Christum vidit, et, instar Davidis ante arcam Domini saltantis, illud adoravit, et corporis tripudium adventum eius celebravit. O beatum virum plusquam prophetam, qui antequam praecedas Salvatore, te ipsum praecedis, ante ortum iam Praecursoris ministerio potiris, antequam humum terras, coelum inhabitas! Felix certe nuntius, et omni acceptatione dignus, qui prius gestivit nuntiare Dominum sum, quam nasci: impatiens, ac celeritius legatus, qui ante pervenit ad regem, quam ad gestulato uteri materni exiret. Mirandum sane prodigium, ut non desereans terminum a quo, pervenerit ad terminum ad quem, ut philosophorum more loquar. Certabant olim gemini, Esau, et Iacob in alveo matris suae Rebeckae, et inter angustias uteri, vultu in loco duelli, pugnantibus, duorum populorum typum gerentes; sed longe hoc Ioannis tripudium duello illo mirabilius, et sacratius: ibi pugna muta, hic amor reciprocus; ibi certamen, et rixa, hic gratia, et pax; ibi dissensio, et dissidium, hic foedus, et concordia. Quid plura? gemelli illi in utero certabant, hi exultabant; illi rationis nondum expertes praelabantur, hi scientes amicitiam iniebant; illi tamquam ignorantes pueri quid facerent, nesciebant, hi tamquam viri cordatissimi, et dissertissimi per divinam voluntatem, tamquam per primam normam, actiones suas regulabant. Ecce igitur causam, propter quam festinanter Christus venit, non longas inducias, non prolixas pertrahens moras, ut praecursorem suum sanctificet, et ex filio irae Dei filium constituit.

Age nunc, quam communis haec fuerit laetitia, breviter edisseramus. Gaudet infans Ioannes ante ortum ob coelestia charismata recepta: *Exultavit infans in gaudio*. Gaudet Elisabeth, quod Spiritus sancti fluentia illam irrigaverant: *Et repleta est de Spiritu sancto Elisabeth*. Gaudet Zacharias, ob merita filii prophetae donum recipiens, ut Ecclesia catholica docet:

Hinc parens nati meritis uterque
Ardida pandit.

Gaudet beatissima Virgo, ut ipsa ingenue fatetur, dicens: *Exultavit spiritus meus in Deo salutari meo*. Gaudet humanitas Christi, quia iam incooperat humanam salutem in medio terrae, hoc est, in medio uteri virginis, operari; ut autem Origenes (*hom. 23. Numer.*) dixit: *Est festivitas magna Christi Dei nostri, humana salus*. Gaudet tandem beatissima Trinitas, quod potentia Patris, sapientia Filii, bonitas Spiritus sancti clarior iam innotescere inciperent homi-

nibus, et per merita Christi tres divinae illae personae coelestia sua munera copiosius, et uberius effunderent. Commune quidem hoc tam coelo, quam terrae gaudium ex Mariana visitatione ortum gravissimi illi Patres concilii Basiliensis, numero, et sapientia nulli, his verbis eleganter descriperunt: *Maximam laetitiam fidelium mentibus debet ingerere excellens illud mysterium, quo matres illae gloriose totius salutis nostrae ferentes primordia, tam familiariter inter se exultarunt. Cum Virgo excellentissima de stirpe David Maria, et veneranda inter filias Aaron Elisabeth invicem colloquantur: quarum altera Creatorem omnium, et Salvatorem nostrum, altera praecursorem Ioannem gestat in utero: et sanctae illae miraculo matres effectae, divina inter se beneficia commemorant. Felix quidem illa conventio, et magis divinae gratiae splendoribus illustrata, qua tales, et tantae in unum matres pariter adfuerunt, quarum altera virgo ex Spiritu sancto, altera sterilis, et in senectute conceperat, et utriusque partum coelestis angelus praenuntiavit, quo Ioannes adhuc maternis reclusus claustris, venientem ad se Dominum in Mariae utero conceperat: quae repleta Spiritu sancto Elisabeth venerat: Filii Dei, et Salvatoris hominum gratulatur: quae et ipsa prophetans, beatissimam dicit Mariam, quae creditur, et revelata sibi mysteria pandit; quae denique repleta ineffabili gaudio Mater Domini Maria, omnia in corde suo confers, quas vel prius ab angelo, vel tunc ab Elisabeth perciperat, in canticum, et laudem Domini prorumpit: et paucis interiectis, haec adiungit: Quis tanta mysteria condignis laudibus prosequatur? quis haec gaudia sufficienter exponat, dum Ioannes nondum natus exultat, Elisabeth adventu Virginis collaetatur, Maria in mysteriis gaudet, clausus in utero Saluator a suo recognoscitur praecursore, laetantur angeli, coelum, et terra iucundantur, et tota Trinitas novis laudibus glorificatur? Haec igitur gaudiorum magnitudo specialibus est extollenda praecentis: haec singularibus solemnitatibus celebranda, in qua, et Dominum, qui gestatur utero, et Virginem, quae portat, et sterilem, quae concepit, et praecursorem, qui visitatur, condecensibus prosequi debemus honoribus. Cui sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.*

HOMILIA V.

Eadem verba: Exurgens Maria, iterum illustrantur; pariterque illa alia: Abiit in montana cum festinatione: in quorum expositionem permulta ad componendos mores traduntur, et de consulendo bono proximi, de non differendo exercitio bonorum operum, de difficultatibus in observantia divinae legis superandis; ac tandem de consortio virorum, praecipue virginibus, fugiendis.

Verba haec d. Lucae (c. 1.): *Exurgens Maria abiit in montana, attentius consideranti, davidica illa occurrerunt (Psal. 131): Surge Do-*

mine in requiem tuam, tu, et arca sanctificationis tuae: sacerdotes tui induantur iustitiam, et sancti tui exultent. Perspicuum satis est, regium prophetam secundum literalem sensum sermonem facere hoc in loco de mutatione arcae in templum Domini, ac sanctitate, et reverentia cultu, quo illam sacerdotes suscepturi erant; tamen cum mutatio illa arcae figura extiterit, et imago, mutationem Virginitatis in domum Zachariae egregie adumbrans, merito in sensu mystico praesenti Marianae visitationis argumento adaptamus. Postulat ergo David in spiritu a Domino, ut exurgat, hoc est, ut iter arripiat ad fruendum requie sua: requies autem Christi benefacere est, et peccatorum purgationi vacare; unde perinde fuit, ac si diceret: surge Domine in utero Virginis, et perge ad benefaciendum Ioanni, Zachariae, et Elisabeth: haec enim est requies tua, pauperes caestibus donis locupletare. Quia tamen praevidebat David, Christum sub uteri virginis arca clausum pedibus suis progressi non posse, idcirco dixit (*ibid.*): *Tu, et arca sanctificationis tuae: hoc est, mater tua, ut sic in ea, in forculo, ad domum Zachariae ducaris; vel certe id dixit, quia spiritu prophético praenoverat, Deum post incarnationem suam nemini coelestia charismata, nisi mediante Virgine, collaturum, et idcirco petit, ut exurgeret etiam mystica arca Maria, ut re vera exurrexit, Luca dicente: Exurgens Maria abiit in montana: mediaque eius salutatione Ioannes, et parentes eius magnifica divinae gratiae munera suscepere. Hinc recte d. Bernardus (*serm. 3. in vig. Nativ. Dom.*) dixit: *Quia indignus eras, cui donaretur Deus, datus est Mariae, ut per illam acciperes, quidquid haberes.* Et ibidem subiungit universale legem his verbis illam promulgans: *Nihil nisi Deus habere voluit, quod per manus Mariae non transiret.* Subiungit deinde: *Sacerdotes tui induantur iustitiam, et sancti tui exultent, ut fructum visitationis Mariae, Christum secum ferentis, indicaret, nimirum, quod sacerdos Zacharias, et sacerdotissa Elisabeth, ac filius eorum Ioannes, iustitia Dei, ac mira sanctitate replendi erant, ac summa laetitia exultabundi, adeo ut et infans in utero hilaresceret, evangelista dicente: Exultavit infans in gaudio.**

Verum ad eadem verba redibo: *Exurgens Maria: quidam arbitrantur surrexisse ab oratione ad actionem, hoc est, ab exercitiis vitae contemplativae ad vacandum operibus vitae: ego autem existimo, tantae fuisse perfectionis b. Virginem, totque divinis auxiliis suffultam, ut in ea contemplatio actionem non excluderet, nec rursus actio contemplationem impediret, sed simul Marthae, et Mariae officia eminentissime exerceret. De illa quidem Maria sedente dicitur, quod vacabat Domino (*Luc. 10.*): *Sedebat secus pedes Domini; Maria vero Deipara exurgens, et stans inserviebat Domino, evangelista dicente: Exurgens Maria abiit in montana: in quo certe illud discrimen reperio, quod exurgere, et stare perfectionem, sedere imperfectionem; illud corporis robur, istud imbecillitatem, et infirmitatem denotat: quia ergo Maria Magdalena, quantumvis contem-**

plationi vacaret, imperfectionibus tamen non carebat, *Virgo in multis offendimus omnes; beata autem Virgo omnis imperfectionis expert erat, idcirco Magdalena sedens, Maria autem exurgens a Luca describitur.* Erat etiam, quod praesentis instituto magis inservit, aliud discrimen inter Magdalenam, et Deiparam, quod illa, ut contemplationi vacaret, oportuit Martham sororem suam deserere, ut ipsa conquerebatur: *Reliquit me solam; dic ergo illi ut me adiuvet, Deipara vero simul contemplationi, et actioni vacabat: quemadmodum enim beatissimi angeli incessanter exurgentes ad Dei contemplationem, veniunt ad nos, ut ministerio suo ad haereditalem salutis aeternae obtinendam nos adiuvent: Raphael enim Tobiae (c. 12) dixit: *Ego sum Raphael, unus de septem, qui adstantes ante Dominum: et tamen abiit cum filio eius in civitatem Medorum, et sanum, ac locupletem rediit, partimque alia ei exhibuit obsequia, nihil unquam de divina contemplationis suavitate deperdens: permilimodo beata Virgo, vera Dei Genitrix, tanto melior angelis omnibus effecta, quanto differentius praesentis illius Matris nomen accepit, ita abiit in montana, vitaeque activae ministeris vacavit, ut de altissima contemplationis Dei perfectione nihil prorsus amitteret. Verum tamen est, quod licet pro humana fragilitate nemo nostrum id praestare possit, quia ait Sapiens (*Sap. 9.*): *Corpus quod corrumpitur, aggravat animam, et terra inhabitatio deprimit sensum multa cogitantem; oportet nihilominus, ad tempus viros etiam perfectos, Mariae suavitate, et quiete omnia, Marthae sollicitudine ob proximum salutem gravari: ut enim dicit d. Augustinus (*lib. 19. de Civit. cap. 19.*): *Otium sanctum quaerit charitas certatilis, negotium iustum suaverit necessitas charitatis: nec illi putare debent ob id eorum charitatis fervorem quidquam minuidum, immo augendum, ac tenacius firmandum, ut docuit Salomon (*Ecl. 7.*): *Non te pigreat visitare infirmum, ex hoc enim in charitate firmabers.*****

Imitantes ergo b. Virginem, pium, quae, animam erga proximos nostra ope indigentes, ut deest verba christocolas, ostendamus; maxime cum et pietatem eliam inter barbaras nationes non absque magna nostra confusione vixisse legamus. Narrat enim d. Augustinus (*lib. 1. de Civit. Dei. cap. 6.*), necnon et Livius (l. 25), quod Marcus Marcellus, qui Syracusam, urbem ornatissimam, cepit, fertur eam prius flexisse rulturam, et ante eius sanguinem suas illi lacrymas effudisse; prius etiam, quam oppidum victor iussisset invadi, constituit edicto, ne quis corpus liberum violaret. Eversa est tamen civitas bellium, nec usquam legitur ab imperatore tam caslo atque clementi fuisse praecipuum, ut qui id violasset, et ad illud, vel illud templum fugisset, abiret illaesus. Si ergo barbari homines ita invicem compatiebantur, cur non magis pia Virgo compaleretur dolori cognatae suae Elisabeth in tam confecta aetate gravidae, partuque vicinae: cur et nos non compatiemur benigne proximis nostris, pressuris, et tribulationibus confectis, praecipuum Pauli (*ad Rom. 12*) imitan-

tes: *Flore cum flentibus, gaudere cum gauden-
tibus?*

Subiunxit deinde sacer evangelista: *abit*:
ecce non dicit abituram Virginem de futuro,
sed quod abit de praesenti, ut inde discas
non differre in crastinum diem poenitentiam,
alieni aeris restitutionem, iniuriarum remis-
sionem, pauperum subventionem, ac similia
charitatis opera, quae hodie de praesenti
exercere potes: sic enim illud Sapientis consi-
lium implebis (Ecl. 9. 10): *Quodcumque potest
facere manus tua, instanter operare: quia nec
opus, nec ratio, nec scientia, nec sapientia e-
runt apud inferos, quo tu properas.* Et quidem
si solam naturalem rationem consulamus, ipsa
utique nos docet, opus bonum non esse diffe-
rendum, ne forte casu aliquo superveniente,
ut frequenter accidit, impediatur, iuxta illud
Lucani (lib. 1.):

Tolle moras: semper nocuit differre paratis:

unde Cato (in suis doc.) dixit:

Rem, tibi quam noris aptam, dimittere noli.
Ne rursus quaeras, quae iam neglexeris ante:

similiter et Horatius (in suis epist.) prudenter
dixit:

Tu quaecumque Deus tibi fortunaverit horam,
Grata sive manu, nec dubium differ in horam:

Prosper item (lib. Epigram.) haec praecleara
cecinit:

Quid juvat in longum causas producere morbi?
Cur dubium expectas cras? hodierna salus:

Martialis deinde amentiam vocavit honorum o-
perum dilationem: sic enim ait:

Vivendi recte fatuus procrastinat horam:

ac tandem Ovidius (de remed. amo.) carmina
illa, quae in ore omnium versantur, scripsit:

Sed propra, nec te venturas differ in horas,
Qui non es hodie, eras minus aptus eris.
Vidi ego, quod primo fuerat sanabile vulnus,
Dilatam lentae damna tulisse morae.

Addit praeterea evangelista, in montana:
potiori quidem iure, quam David poterat nunc
b. Virgo intonare illud (Psalm. 17): *Perfecit pes
meos tanquam cervorum, et super excelsa
statuens me: slatit enim cum supra montana,
quae sublimia valde,* et excelsa erant. D. Augu-
stinus (in comment. horum verb.) dixit: *Deus
perfecit amorem meum ad transcendenda spino-
sa, et umbrosa implicantia levis saeculi, et
super caelestem habitationem fecit sedem meam.*
Haec quam apic Maria sibi usurpasse posset,
nemo est, qui non videat, cum nec longi ite-
neris difficultas, nec tenella eius complexio,
nec montium asperitas illam a pia cognatae vi-
sitatione, alisque charitatis operibus, quae Spi-
ritu sancto afflante sibi exercenda praeco-
perat, quidquam retardare potuerunt: ut olim

Loth retardarunt dicentem (Gen. 19): *Non pos-
sum ascendere in montem, ne forte apprehendat
me malum:* quin potius, tanquam omnia po-
tens in eo, qui illam confortabat, montium ca-
minum conscendit, et prava in directa, et a-
spera in vias planas sibi fecit. Proh dolor!
quam Virgini dissimiles innumeros invenies,
in vincendis difficultatibus pusillanimes adeo,
ut omnia virtutis opera, velut immanissimos
leones, exhorrescant, illud in ore versantes (Proc.
22. 26): *Leo est foris, in medio platearum: oc-
cidendus sum.* Nullum virtutis genus esse vide-
tur, quod leoninam ferocitatem non praese-
rat: icunia quidem flexit graviter eius saluti
nocitura, ob vigilias magnum detrimentum ca-
piit inferendum, propter pauperum elemosinas
in egestatem deveniendum, ac tandem propter
iniuriarum condonaticum honorem amittendum
quae omnia adeo aliena sunt ab illa leonina
immanitate, quam illis inesse falso sibi suad-
ent, ut sicut olim Samson, in ore leonis mel-
lis favum invenit, quoque illa exerceat, velut
in coelestibus apum alveariis dulcissimos divi-
nae consolationis favos perlat; qui vero ab
illis exercendis se abstinere, illud sibi grave
detrimentum inferunt, quod dum conflictos a
se leones timerunt, et ab eis imprudenter fu-
gerunt, in immanissimi illius veri leonis ma-
nos incidunt, qui tanquam leo rugiens circum-
quærens quem devoret, ut d. Petrus monet (2.
Petr. 5). Fictionem hanc probè agnoscebat d. Ber-
nardus (opere illo cuius tit. est Lsen.), cum haec
praecleara dixit: *Sub lingua eius mel, et lac,
qui, iuxta prophetam, laborem fugit in prae-
cepto. Pie prociat Deus, ut habere pietas pro-
missionem vitae, quas nunc est, et future, nec
laborem verum imponeret, sed magis fingeret in
praeccepto. Audi quomodo laborem fingere, ipse
se probat: Tollite iugum meum super vos, et in-
venietis requiem animabus vestris: iugum enim
meum suave est, et onus meum leve. Quomodo
non factus labor, ubi non labor, sed requies in-
venitur? Ita ergo labor in lingua, mel sub lin-
gua. Quid supra linguam ineffabilis, quae non
licet homini loqui. Miseri, qui solum, quod in
lingua sonuit, attendentes, nec quod sub lin-
gua reconditum, nec quod supra repositum fuit, ca-
pere poterunt. Durus est sermo, inquit, tol-
lere crucem, odisse patrem, et matrem, adhuc
autem et animam suam. Quid durius poterat
dici? Noli errare: lapis videtur, panis est; dur-
us in cortice, sed suavissimus in medulla. Quia
tamen perfectio charitatis postulatur, ut non so-
lum divina praecepta implentur, sed diligen-
ter, prompte, et cum festinatione id praestemus,
sapienter d. Ambrosius (lib. 1. de Cain cap. 5)
id nos admonens dixit: *Non satis est recte fa-
cere, nisi etiam maturare, quod facias: uberi-
ores fructus habet celerata devotio.* Hinc est, quod
David non contentus in via mandatorum Dei
deambulare (Psalm. 118): *Beati, qui ambulavit in
lege tua Domine: nec etiam in eadem currere*
(ibid.): *Viam mandatorum tuorum cucurrit, cum
dilatatis cor meum: columbinas pennas ad vo-
landum instanter postulabat (Psalm. 37):* *Quis
dabit mihi pennas sicut colubae, et volabo? Ve-
rum, et velociores adhuc omnibus volucibus
vidit iustus propheta Ezechiel, cum ostensa illi**

fuere animalia, quae ibant, et revertebantur in
similitudinem fulguris coruscantis: fulgure enim
nihil velocius in his rebus sublimari inveniri
potest: quo Spiritus sanctus aperissime
indicavit, divinorum praeceptorum observa-
tiam, ceteris paribus, tanto sibi fore gratio-
rem, quanto diligentiores, et velociorem. Hinc
vidimus patrem Abraham, divinorum praecep-
torum observantissimum custodem, celerem valde
fuisse in eorum executione. Apparuerunt ei
tres viri, et hospitio ab eo recipiuntur; quos
cum vidisset, continuo absque ulla interposita
mora cucurrit ad illos, et non solum cucurrit,
sed ut ait d. Chrysostomus (sup. c. 18. Gen.):
*Currit, et volat Abraham, vidit enim praedam,
quam venabatur, non vocavit famulos, quasi di-
ceret: magna negotiatio est, magnus thesaurus:
per memetipsum haec mercem inferre debeo.*
Postquam autem Abraham ad illos hospitio ex-
cipiendos festinaverat, diligenter adeo se gessit
in paradisi cibus ad eorum pransum, ut sacer
textus dicat: *Festinavit Abraham in tabernacu-
lum ad Saran, dixitque: accelera tria sata si-
mitae, commisce, et fac subnicerios panes: ipse
vero ad armentum cucurrit, et tulit inde etu-
lum tenerrimum, et optimum, deditque puero,
qui festinavit, et coxit illum.* Haec miram, ac
inaudiam magni patris Abrahae diligentiam
admirans Origenes (hom. 4. in Gen.) ait: *Abra-
hamus currit, uxor festinat, puer accelera, nul-
lus piger est in domo sapientis.* Ipse etiam A-
braham, ut sacra Gen. 22. tradidit historice, ius-
sus filium suum in holocaustum offerre, nec
per viam distulit, sed exurgens nocte stravit
asinam suam, et adhibuit secum duos servos,
et Isaac unigenitum, et praecidens ligna ad ho-
locaustum abiiit, et venit ad locum, quem di-
xerat ei Dominus. Quiddam etiam simile in hac
celeritate reperio apud Tobiam (cap. 2); ait e-
nim sacer textus: *Vidit unum ex filiis Israel
iugulatum iacere in platea, statimque exiliens
de accubitu suo, relinquens prandium, ieiunus per-
venit ad corpus, tollensque illud portavit ad do-
mum suam.* Ecce Tobiae diligentiam in sepe-
liendis mortuis, qui non est cunctatus, sed au-
dito nuncio continuo de accubitu suo ad quaer-
endam cadaver, veluti ad inveniendum the-
saurum, exiit: sunt enim opera misericordiae
instar thesauri, quem, qui illa exerceat, post-
quam ex hac via emigraverint, certissime re-
periant, Salomone dicente per Ecclesiastem (c. 11):
*Mitte panem tuum super transcentes aquas, quia
post tempora multa invenies illum: super quae
verba magnus pater Hieronymus ait: Ad elemo-
sinarum cohortatur Ecclesiastes, quomodo enim,
qui super irrigua seminat, fructus sementis ex-
spectat, ita qui largitur egentibus non gramam
seminis, sed ipsum panem serit, foenore quodam
multiplicatione ipsius praestolans, et cum dicit
iudicium advenit, multo amplius, quam dederat,
recepturus.* Hebraice legitur: *mitte panem tuum
super faciem aquarum:* id est, super faciem ter-
rae aquis irrigatam: feracissima terra est mi-
serorum, et calamitosorum hominum facies, a-
quis, hoc est, lacrymis madaefacta: in hac se-
mina panem tuum, et magno cum foenore se-
men reddit.

Adsunt et alia pleraque in sacris eloquiis,

quibus ad hanc celeritatem a Domino invita-
mur: per Michaeam (cap. 3) ait: *Indicavi tibi,
o homo, quid sit bonum.* et quid Dominus tuus
requirat a te: *utique sollicitum ambulare coram
Deo tuo:* habes alibi, ut solis ortum oratione
praevengas: *Ocurrere ad solis ortum:* habes in
evangelio Iesum dicentem (Luc. 19): *Zachaeus
festinas descende, etc. ille festinans descendit,
et accepit eum gaudens:* eiusque celeritatem grata
adeo Christo exhibuit, ut in eius memoratationem
dixerit: *Quia hodie salus domui huic facta est.*
Ubi obiter animadvertendum censeo, quod Do-
minus etiam festinavit ad beneficium illud con-
ferendum, et ideo non expectavit, ut promit-
teret, et postea implet, sed ante illud con-
tulit, et postea declaravit: dixit enim, *salus
facta est,* quod utique praeventienti servit, non
promittenti. Ad haec antiqui Patres festinantes
manducabant pascha, succincli lumbos, et pes-
des suos calcetorum vinculis exuentes, leve e-
tiam illud onus deponentes, ut essent parati
ad transitum: *phase enim transitus interpretatur*,
transitus scilicet a vitiosis ad virtutes, a pec-
catis ad gratiam, a diaboli servitute ad li-
bertatem filiorum Dei. Haec sunt, quae solico
animo cito tibi, quae citanda sunt, si cito
audire velis, veluti alter Jacob dilectus (Gen.
27): *Quid est hoc, quod tam cito invenisti fili
me? tunc enim Hebraei tibi respondere, quod
illi: Voluntas Dei fuit, ut cito invenirem.*

E contra vero, quam Deo detestabilis, et in-
grata sit in divino somnata segnitias et ne-
gligentia, non pauca constatantur, quorum non-
nulla breviter indicabo. Ieremias inquit (cap.
48): *Maledictus homo, qui facit opus Dei negli-
genter:* certe Deus, quidquid alii sentiant, pro-
pterea oblationem Cain respicit, quia serius cum
facere distulit, ut verba ipsius Moyses indicant
(Gen. 4): *Factum est autem post multos dies,
ut offerret Cain de fructibus terrae munera Do-
mino:* unde Philo, in sacra Scriptura versa-
tissimus (lib. de sacrificiis Abel, et Cain),
affirmat Deum placido vultu holocaustum A-
bel accepisse, Cain vero repulisse, non solum,
quia illud praestantius, hoc delerius,
sed quia illud Abel citius, hoc vero Cain tar-
ditius obtulit. Denique ut in divinis operibus
negligentiam, et accidiam penitus tibi ex-
candam reddam, scito inter signa reprobationis
illud ex sacris Scripturis non obscure e-
lici, quod reprobi in divinae legis custodia
segnes, tardi, et occitantes, in eius vero vio-
lacione prompti, acicilli, ac veloces diemtur:
Salomon inquit (Proc. 1): *Pedes impiorum ad ma-
lum currunt.* Regius vates inquit (Ps. 13): *Veloces
pedes eorum ad effundendum sanguinem.* Unde Ie-
remias comparat velocitatem eorum ad malum
cum velocitate equi strepitu armorum, et tuba-
rum clangore provocati, et ad bellum entis:
*Omnes conversi sunt ad cursum suum, quasi equus
impetu vadens ad praetium (Iere. 8).* Haec au-
tem segnitias, ac negligentia, si in personas
religionis addictas irrepit, audi divum Bernar-
dum (tract. de pass. Dom. cap. 9), quanta mala
parat: *Sunt,* inquit, *nonnulli, qui bona quid-
dem opera faciunt, vel coactione, vel necessita-
te, vel consuetudine, sed ad hoc agenda nulla
alacritate moventur. Vitium hoc accidia est, quo*

religiosi homines maxime affliguntur, quod quemdam torporem incutit animo, ut ipsi omnia exercitia spiritualia, quasi insipida videantur, et in grave laedum convertantur, de quo ait Psalmista: Dormitavit anima mea prae taedio; et alibi: Omnem escam abominata est anima eorum, et appropinquaverunt usque ad portas mortis. Tantum quippe aliquando affligitur hoc vitio anima bonorum, ut omnem escam, id est, omne spirituale exercitium abominetur, ut nec legere, nec meditari, nec aliud opus bonum libeat exercere. Contra hoc vitium operatur, qui eam mandatorum Dei currit, cum cor hominis dilatatur, id est, spirituali incunditate aperitur. Dicitur enim, naturaliter timore et tristitia cor claudi, securitate vero, et laetitia aperiri; hactenus divus Bernardus.

Sed aliter iam tam secundum literalem, quam mysticum sensum, hanc Mariam in domum Zachariae festinationem edisseramus. Festinabat quidem beata Virgo, sed accelerato suo progressu, minime ut leves foeculatas assolent, modestiae terminos nunquam transibat; semper qualis mente, talis incessu fuit. Vidistis aliquando naves armamentis, lintheis, et aliis rebus ornatas, secundo vento, celeri volatu maris aequora secantes, nihil illis velocius; stare tamen, nec se loco movere videntur: talis nunc colorum Regina incedebat; talis ingressa in Cariatharbe. Sed id mirabile est, quod cum aliqui duobus praecipue temporibus gravidis mulieribus motus quivis festinus interdicitur a medicis, ut Albertus magnus (*super Luc.*) observavit, primus in conceptionis initio, cum foetus molis onere facile dissolvi possit, et in fine post sextum, aut quintum mensem, ne abortus contingat; nihilosecens tamen beata Virgo paucissimis diebus post Christi conceptionem in utero eius, non dubitat festino progressu incedere: *Abiit in montana cum festinatione*. Quod non obscure mihi indicat, non virili opera prolem suscepisse, sed Spiritu sancto illum umbrante: iude enim erat, ut nullum immineret periculum, ut propter festinum motum recens conceptus foetus quantumvis molis dissolveretur, aut in abortum iret. Deinde quamvis aliqui gravida Virgo, propterbat tamen iter, quia qui movebat illam, tarda molimina nescibat. Si enim sacra illa Ezechielis animalia ita a divino spiritu agebantur, ut sacer textus (*Ezech. 1*) dicat: *Ubi erat impetus spiritus, illic gradiantur*; in quo magis credendum est beatam Virginem, ut qua plenitudo divinitatis corporaliter inhabitabat, non ab alio, quam a Spiritu sancto ad festinum illum progressum moveri? Rursus, quod alias praegnantem foeminas ad festinandum impedire solet, pondus est prolis, quam gestant; id tamen beatam Virginem, neque in protectione Elisabeth, quia tunc proles erat parvissimae quantitas, ait enim Aristoteles (*7. hist. animal.*) foetum in principio suae conceptionis esse instar formicae: Macrobius vero (*1. 21. c. 3*) instar apis, nec in reditu in domum suam, nec in itinere ad Bethlehem quidquam retardavit; nam, ut supra dixi ex sententia divi Bernardi (*sup. Sign. magn. ap.*), sicut fuit sine dolore puerpe-

ra, ita et sine gravamine gravida. Quod sane mihi non est difficile creditum, tum quia si in statu innocetiae gravidae foeminae nihil molestiae sentirent, cur id privilegium putabatur negatum Mariae? tum quia si amor gravidae reddidit levia, iuxta illud, quod de Iacob sacra narrat historia (*Gen. 9*): *Videbantur ei pauci anni prae amoris magnitudine*: consequens est Mariae ardentissimum ob amorem erga Christum, pondus corporis eius levisimum visum fuisse; tum quia si, ut philosophi docent cum Aristotele, elementa in propriis locis non gravitant, certe cum Christus Dominus ita quiesceret tamquam in proprio, ac conaturali loco in utero virginis, iuxta illud (*Ecc. 24*): *Qui creavit me, requiescit in tabernaculo meo*; consequens erat, ut instar elementis in proprio loco non gravitaret, licet alioquin ponderosum esset, vitulpe partim ex ponderosis elementis terra, et aqua compactum. Quare lanium abest, ut divina, et humana illa proles, quam Virgo conceperat, gravis et molesta illi esset ad eam portandum, ut potius instar alarum avi, rolarum curru, vela navi, ei ad festinandum prodesse: eo vel maxime, quod cum beata Virgo in utero portaret eum, qui *portat omnia verbo virtutis suae*, ut ait Apostolus (*Heb. 1*), ab ipso etiam ipsa portabatur: unde scit navis a nauclero, quem ipsa ducit, ducitur, ita beata Virgo a nauclero Christo, quem ipsa ducebat, ducebatur. Et forsitan Isaia cum dixit (*c. 19*): *Ascendit Dominus super nubem levem*, propterea vocavit levem, quia coelestis pluvia, quam intus ferebat, nihil eum gravabat.

Rationem autem, quare in hoc itinere Virgo, quae aliqui lento passu incedere solent, festinare voluit, assignat divus Ambrosius, ne scilicet extra clausuram, cuius observantissima erat, nimum moraretur: verba d. Ambrosii (*1. 2. in Luc.*) haec sunt: *Discite igitur et vos mulieres non per alienas domos circumcurare, non in plateis morari, non aliquis in publico miscere sermones; Maria in domo sera, festina in publico, mansit apud cognatum mensibus tribus*: quare cum evangelista ait, beatam Virginem abiisse cum festinatione, praudentem occurrit illorum calumniae, qui beatam Virginem hoc iter dedecere putarent: si quis enim oblatraret, virginem esse domi se continere; Dinam enim violatam fuisse, quod ad publica gentium spectacula convenisset; Bersabeam in publico se lavantem, Davidi adulterii occasionem praebuisse; Paulum quoque mulieres domus suae, non publicis negotiis dominari; et alibi, domus suae debere esse custodes, sacra veteris, et novi testamenti eloquia commemorant; ideoque, ut huic objectioni occurreret sacer evangelista (*Luc. 1*) ait, Virginem festinasse, *Abiit cum festinatione*, ne scilicet diu maneret in publico.

Ex quo beatae Virginis exemplo non possum, non ansam sumere, ut foeminas, et maxime virginibus, ea hoc loco proponam, quae sancti Patres edixere, ut docerent, quantum illas oporteat ad virginitalis custodiam a prophanis spectaculis se abstinere, in publicum, ubi vident, et videantur, non prodire, et a familiari virorum consortio, etiam si sancti-

late conspicui sint, se penitus abstinere. Originus in primis in hunc modum loquitur (*1. Constit. Monast. cap. 4. tom. 2*): *Oportet non solum cogitationes turpes moderari, sed etiam a virum conversatione, quantum eius fieri potest, discedere; maxime earum, quae accedentes nos, et ad affectum recollectionem ducentes, rationem turbant, ac confundunt, et bella, ac anxietates animae inducunt. Nam bellum quidem invitit nobis accidit: sufferre fortassis necessarium fuerit, verum ultroneum sibi ipsis accesserit absurdissimum existit. In priore enim etiam si quis superetur, forte veniam assequitur: absit autem hoc a Christi athletis; in hoc vero si quis capiatur supra hoc, quod id maxime ridiculum est, etiam veniam difficile consequetur. Oportet igitur etiam mulierum conversationes, et congressus, quam maxime fugere, nisi aliqua inevitabilis necessitas ad congressum cogat: quae si etiam contingat, velut ab igne cavere convenit, ita ut celeres, ac repentinos discessus faciamus. Divus Hieronymus (in *epist. 47*) sic ait: *Quid tibi necesse est in ea versari domo, in qua necesse habes quotidie, aut perire, aut vincere? Quis unquam mortalium iuxta viperam securus somnos capiti? quae etsi non percutiat, certe sollicitat. Securus est perire non posse, quam iuxta periculum non perissee. In altero tranquillitas est, in altero gubernatio: tibi gaudemus, hic evadimus: et infra: Audio te suburbana rura, villarum amoenitates cum affinis vultu cognatis, atque istiusmodi generis hominibus circumire: non dubito quin vel consobrina, vel soror sis, in quarum solatium novi generis ducaris assecta. Absit quippe, ut quamvis proximi sint, et cognati, virorum te suscipere optare consortia. Si sola ieris, utique inter sercos adolescentens, inter maritalas foeminas, inter lascivas puellas, comatosque iuvenes gradieris. Dabit tibi barbatulus quilibet manum, sustentabit lassam, et pressis digitis, aut tentabitur, aut tentabit: et paulo inferius ait: *Tribus Levi seorsum, et uxores eorum seorsum, ut vitanda intelligas foeminarum consortia. Nam foemina masculi corpus contingens, et vice versa, etiam si animae ipsorum per cogitationes non processerint ad complexum, tamen inter se multo latenter irritantur. Et sicut stupa, ubi stupam contingit, et splendidus ignis purum ignem, non fumum edit; at stupa, ubi ignem olecit, statim accenditur, et non opus est multa operari, neque aliquo extrinsecus sufflante, ut ignis et stupa luceat, sed solum admota, statim habet apparentes flammam; sic foemina masculi corpus contingens, non opus habet multo labore, neque amore, ad coitus mixturam inspirante, sed cum naturaliter habeant inter se amorem, sicut ut contingit, statim habet latenter incensam voluptatis scintillam. Quapropter, inquit, ligabit quis ignem in sinu, vestimenta autem non comburent? aut ambulabit quis super prunas ignis, et pedes suos non comburent? sic non sine damno discedet omnis, qui attingit mulierem. D. Basilus (*lib. de vera virg. ad Letoi. Mel. episc. 10. 2*): *Oportet virginem aspectus, vocisque blanditias, ut pestiferas, ac perditas voluptatis illecebras a sensibus suis quam longissime arcere, et a virem quidem intus castissima cogitatione, cu-****

los vero cautissima aversione munit. Obstruendus est igitur primum per sensus satelliti carnis ingressus, sensusque ipsi, ut inania, ac fenestrate cordis, seris, ac vetricibus undique firmantur, quae munitiendi, ne per aliquem illorum veritus ascendens, mortem, quae conaturalis eius est, secum una introducat. Non itaque convenit ei, quae peccata concubitus superare proponit, huiusmodi periculorum implicari lapsibus; et infra: *Quia blandimentum cupidine voluptatis est foemina, et masculo lascivioribus oculis ad se inspicendam illecebram naturaliter suggerit, ac liquidioris voce ad oblectamentum auris, organum instar efflata est, membrorumque insinuat mollitie, ac toto prorsus corporis habitu, et motu, ad seductionem formata voluptatis; non modo enim loquens mulier, et intans, verum sedens quoque, et incedens ob insitum sibi naturaliter adversus masculum vim, hunc ad se eminus attrahit, non secus ac magnes lapis ferrum; idcirco summa ope contendat virgo necesse est, ne ullis voluptatis laqueis irretiat. Unde non passim, licetque procedat, nisi necessitate aliqua cogatur; non alicui se domibus ingeret, sed domi clausa manebit, et intra annos adolescentiae posita, ad ecclesiam tantum, ne tunc quidem sola, et incomitata procedat. Divus autem Chrysostomus (in *serm. de cont. s. Ioseph*), tam viris, quam foeminis ad idem suadendum illustrissimum patriarchae Iosephi exemplum in haec verba ob oculos posuit: *Ute erat diligens, et perpetuus continentiae custos, cum posset reginae ipsi imperare, et in deliciis atque luxu dicerem, et voluptarium agere: verum voluptatis divites Domini, ut frenum quoddam, iniecit, timens autem, et delicias, ac promissiones dominae derisit, miseriam in carcere dulciorem censens praeclearis domiciliis. Tamen si his, qui excellenter formosi sunt, difficile est imperare voluptati, hic autem tantum specimen exhibuit continentias, ut pulchritudine animae pulchritudinem corporis occultaret. Nos autem decet admirari non solum adolescentis continentiam, sed et pericula, quae pro illa sustinuit, qui morte gravatus, ac terribilium iudicium servire voluptatibus, in tantorum talium imperium corona, videns dominam intemperantem iacere, coelestium thesaurorum proditor non est factus, sed spiritus templum inderadabile custodivit, malens emori, quam servire voluptatibus. Non audierat vocem dicentem, non minor apparuit his, qui coelestibus promissionibus honorati sunt. Quantum vos convenit cum timore vivere in continentia, ut non apparatus indigni honore, et in membra Christi fiant membra scortis? Hoc verbum potest omnem animam continentia munit, hoc verbum ardentem concupiscentias facile restringit; neque imber in ignem cadens ita facile flammam deprimit, ut malas concupiscentias marescere facit sermo ille in animam admittens. Eosdem sermones nobis loqui, et magnus Iob potest: qui non solum diligens continentia fuit exercitator, sed et legem oculis suis posuit, ne in virginis viderentur faciem, ne forte mentem illius irradians raperet pulchritudo. Quamvis quis non admiraretur, et obstupesceret, videns virum hunc cum diabolo quidem viriliter certare, et omnes maligni machinas vincere, vi-**

ginis autem faciem fugere, et a formosae puellae aspectu oculos subducere? Diabolum quidem videns accedentem non fugit, sed mansit, sicut leo viribus fortis; virgine autem visa non stetit, neque moratus; in contuenda pulchritudine, sed statim recessit. Censebat nimirum in praedio contra daemones virili, et audeat animo opus; in continentiae autem preparatione victoriam concedi, non ex virginum consuetudine, sed secessu; haec ille. Non solum autem fugiendum esse aspectum pulchri vultus humani, sed inanimatae imaginis ad lasciviam provocantis, his verbis docuit d. Chrysostomus (serm. con. concub.). Admirus autem, et hoc nostro saeculo, quod nonnulli ferro totum corpus obligantes, et sacco vestientes, et ad vertices montium currentes, ac continuis vigiliis, ac inedia summa viventes, et omnem disciplinae severitatem ascendentes, ab omnibus mulieribus segregati, ascendere in domunculam, et tugurium, ut hoc ratione seipsos castigantes concupiscentiae furorem comprimant. At tu deis, quod licet videas cohabitantem virgini, et alligatum, et delitiantem, et animam potius amittentem, quam cohabitricem, paratunque omnia et facere, et pati potius quam separari a dilecta, ne suspiceris aliquod mali, ne putes concupiscentiae negotium, sed pietatis potius. Admirande vir, is affectus est his, qui lapidibus cohabitant, non hominibus, quod etiam multi apud lapides, et statuas aliquod passu sunt; quod si tantum valuit dura effigies, quantum operabitur insaniam in effigie pulchra tenerum corpus? Quod si quid difficultatis habet divelli a consuetudine longa, illud non bis persuadeamus, vel si principium solum imponens operi, non ultra visuros nos difficultatem, sic adversus consuetudinem praeteritis. Nam si decem dies te abstraxeris, facile ferres viginti, et iterum bis tantos, deindeque via progrediens neque senties difficultatem, quam habuisti initio, videbisque facillimum factu, quod tot agones prius exposcebat, et in aliam te mutabis consuetudinem, vicesque libere, et incunde. Quid enim fuerit suavis, quam perpetuum concupiscentiae bellum dirimere, et nulla facilitate bonam continentiae coronam plectere, et liberis oculis in coelum respicere? Nullus catinus, pondere, et atvis carcerum incommodis exemptus, immo nullus, qui caecus erat, apertis oculis, et visa hac dulci luce, sic exultat, ut cum ab hac servitute liberari contigit; haec ille ille.

Ne tamen praetextu sanctitatis foeminae cum viris, aut viri cum foeminis familiaritatem ineam, d. Hieronymus (in reg. Monach. ad Paul. et Eustoch.) haec maxime observanda virginibus reliquit: Non nimirum sit stricta familiaritas, non sacra collorquia, et si spiritualis pater, quamvis episcopus, sanctus sit tamen, homo est debile animal, tam cito perditur, nisi fortiter custodiatur, quod charum habetur, et utile: in sacro commercio diabolus minime quidquam inveniat, unde regimem, unde ducatur, inde sentiatur interitus. Omnes aequaliter pertractentur, nulla carnalis, sed spiritualis dilectio interveniat, nec stricta sit nimirum; principium

enim spiritualis operis, si non sit matura provisio, solet subsequi quoddam carnale. Vere non taceam, ut in pluribus solet contingere, conditionis mulieribus infelicem miseriam, cum fervore spiritus, sub charitate nimirum stricta, nisi custodia gravitatis ori ponatur, ut nemo delinquat in lingua, si utatur loquendi, vicendique copia, statim libido, actu turpissimum, dictu infelicissimum, de spiritu et charitate nascitur. Propterea, charissimae, hoc hortor, hoc mando vobis, ut quae Christo desponsatae estis contugio, cui nomen castitatis vestrae fidem vovistis, cui nullum praeter ipsum amatorem cognoscere sub iurejurando estis pollicitae, viri cuiuscumque, etiam si eum sanctitas exornet, etiamsi Baptistae aequaretur meritis, quateratis fugere faciem, nec liceat secum dilectione ferrenti adstringi per diem. Idem d. Hieronymus (cap. 20): Vir cuiusque conditionis existat, ut nunquam appareat, aut visus visum terrat vestrum, velut horridum monstrum. Propterea volo, charissimae, ut si cum viro ex necessitate loqui oportet, velum in fenestrela tractum, alleratrum faciem tegat, nec liceat videri, quod concupiscit non licet. Excusationem nullam sibi arripiat sanctitas. Sanctus David in videndo capitur, Dina, ut videret egressa, visa corruptum. Sacras Scripturas clamant penes syllobae singulae, pene instrumitur corporis propriis singulis motibus, quod victoria non speratur in hoc certamine, nisi ex fuga. Nemo ex fortitudine audeat resistere viribus, quoniam nisi fugiat cito, succumbit. In communi etenim vita, nec verbum sit proprium; secreta verba non earent suspitione, et ideoque praecipio, ut nulla soror alicui exteriorum sine plurium sanctorum sororum, et obbatissae, seu alterius praeposita domus potissime praesentia loqui audeat, his dumtaxat exceptis, quae sacerdoti in confessione dicuntur. Solent profecto talia verba semina multa mala proferre. Inter vos de viro nequaquam, si fieri potest, habeatur mentio: ultra quam creditur, exultat diabolus, ut in corde virginum virorum memoria viget. Nullum venenum nocivius foeminae, quam affectus erga virum, quocumque de causa profectat. Sanctior mulier ultra, quam dici liceat, si viro adhaereat, quantumcumque spiritualis, instinctu naturali inclinatur tandem ad nefas, si in viro virtus deficit. Etiam argumenta sunt diaboli, et mortis aeternae indicia; filiationis, et maternitates, quibus vocabulis sub velamine spiritus inter se utuntur mares, et foeminae. Muncula omnia, et suspectas literas, haec cum luxuri ac munita, vobis interdico sub analtheate, et aeternae mortis poena. Adhaecatur summa diligentia, ut extra coenobi limites litera qualescumque non exeat, nisi abbatissae, et sororum accesserint vota, et si opus est, et gravitas ita rei exigit, adsit episcopalis licentia, non sacerdotis consilium; gravissimae poenae subiacet, quaecumque huius reperi fuerit rea. Idem etiam, cum venisset in suspicionem Romanis, quod Paulam adamaret, et huiusmodi obsecrationibus responderet, inquit: Multa me virginum cerebro turba circumdedit: Divinos libros, ut potui, nonnullis saepe disserui, lecto assiduam, assiduitas familiaritatem, familiaritas fiducia fecerat. Dicant, quid unquam in me aliter sen-

serint, quam christianum decebat? Pecuniam cuiusque accipi? Munera, vel parca, vel magna non speret? obliquis sermo, oculus petulantis fuit? Nihil mihi aliud obiciunt, nisi secum meum: et paulo post: Antequam domum sanctae Paulae nossem, totius in me urbis studia consonant, omnium me iudicio dignus summo sacerdoti decebar. Diebar sanctus, humilis, et disertus. Namquid domum alicuius lascivioris ingressus sum? Numquid me vestes sericae, atentes gemmae, picta facies auri rapit ambitio? Nulla fuit alia Romae matronarum, quae meam posse edomare mentem, nisi lugens, atque icivans, squallens sordibus, fetibus pene caecata, quam continuis noctibus misericordiam Domini deprecantem sol saepe deprehendit. Nulla me potuit delectare nisi illa, quam manducantem nunquam vidi. Sed postquam eam pro suae merito castitatis venerari, colere, suspicere coepi, omnes me illico deserere virtutes; haec ille divus Hieronymus. Ex quibus ultimis verbis aperitissime constat, quam viri, et foeminae convictus periculosus sit, etiamsi magna sanctitate polleant.

Ex quibus omnibus non obscure colligo, quod si Patres adeo virginibus cavendum monent aspectum, loquelam, et quamlibet aliam cum viris communicationem, aperte relinquunt, diligentius eorum tactum illis esse fugiendum, ut his verbis eleganter dixit d. Basilius (de vera virg. ad Letoi. Melit. episc. tom. 2): Sicut cum ignem languis, ignis indicia per impressas non ignis adustiones excipimus, impossibileque est eum, qui ignem tetigerit manu, illeasam illam ab eis incensata operatione servare; ceterum, ut bullae repente tactum consecutae turgescent, ac dolorosa per ferorem, et inflammationem ulcera mox rumpenda minantur, aut iam quoque facta in magna acria visuntur ulcera: ita possibile non est eum, quem ignis amor attigerit, eiusmodi tactum innocuum, involuntumque praefere; sed aut simili ratione bullae per tactum manus cordi clam subrepunt, atque intumescent, diraspae amoris perturbationes ferrentibus, et aestuantibus, incontinentissimisque agitationibus pariunt, ac peccati ulcera continuo rumpendo minantur, aut animum totum in intimis iam graviter exulceratum indicant. Ignis enim ardens est in omnibus membris, in quem vero superceci, eum a radicibus perdidit. Itaque quoniam in membris omnibus hic ignis ardet, his, qui corpus adustione liberum servare instituerunt, membrorum omnium contactus caute vitandus est, ne ardentem ignis operationem in toto corpore, atque in anima ipsa suscipiant. Sicut lapis in aquam cisternae coniectus, non solum adiacentem aquae partem, in quam cecidit, agit, verum orbem alios post alios perpetuis vicibus excutians, eos internum ad ultimos lacunae margines agitando perdidit, ita et lascivus obtutus, vel sermo, voluptatis delinquit illecebris, in virginis animam, velut in undam purissimam; vehementer incitatus, alias post alias, quasi in profundum, cogitationes amatorias excitat, ipsamque totam eius, qui fecit imaginem, sanctam fluctibus agit. Nos igitur, qui ad imaginem Creatoris nostri creati sumus, eius puritate imitari conemur, qui cum Patre, et Spiritu sancto vivit, et regnat in saecula saeculorum. Amen.

HOMILIA VI.

Vocem Deiparae Mariae, Elisabetham salutatantis, instrumentum fuisse divinae virtutis ad sanctificandum Ioannem, et domum prophetiae illi conferendum, necnon Elisabetham, et Zachariam multis bonis replendo, ex Patrum doctrina monstramus in illa verba: Intraivit in domum Zachariae, et salutavit Elisabeth, et factum est, ut audivit salutationem Mariae Elisabeth, exultavit infans in utero eius etc.

Aulus Gellius (l. 4. noct. att.) dixit: Admiratio, quae maxima est, non parva verba, sed silentium: sane in hoc evangelio cum permulta prodigia in unum coeant, vehementer adeo animum in admirationem rapiunt, ut instar aetatis cuiusdam verba promere non sinant. Adest Deus et homo, adest mater, et virgo, adest fides divina, et cor humanum, adest sterilis Elisabeth gravida, adest Ioannes antea sanctus, quam natus, simul infans, et adultus, et, ut ait d. Augustinus (de Nat. Bap.), prius tangens coelum, quam terram. Inter haec tamen mirabilia, quattuor praecipue reperio similia illi, quae sapienter Salomon ardua valde, ac difficilia visa fuerunt. Primum fuit via aquilae in coelum; ecce Mariae, quae instar regiae aquilae velocissime volantis: Exurgens abijt in montana cum festinatione, ut praedam faceret omnium nobilissimam, hoc est, ut Ioannem, de quo Christus (Matt. 11) dixit: Inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista, ab unguibus daemones liberaret. Secundum mirabile fuit, Via serpentis super terram: ecce veteranam Elisabeth, prudentissimam serpentem, quae per duram, ac siccam sterilitatis petram pertransiens, et quasi antiquum infocunditatis pellem exuens, mira invenescit fecunditate divinitus ei indita. Tertium valde mirandum erat, Via navis in medio mari; ecce infantem Ioannem, velut navigantem in medio inundantis maris originalis peccati procellosis fluctibus agitatum, a quibus tamen maris stella, sic sonat Maria, tanquam instrumentum divinae omnipotentiae, illum liberavit. Quartum tandem mirabile adeo, ac perdidicet erat, ut Salomon diceret: Et quartum penitus ignoro, viam viri in adolescentula Maria, velut in velocissimo curru ad Zachariae domum pergens, ut velut sol irradians tenebras Ioannis mentem illustraret, et in sterili illa terra peccati originalis maledictione foedatam proliissimum gratiae iustificantis auram, in aestimabilesque virtutum margaritas procrearet. Est namque observatio dignum, quod Christus Dominus non aliter divina charismata Ioanni et matri eius conferre voluit, quam Ioannem Virginis salutatione, ut apertis verbis edixit Elisabeth (Luc. 1): Ut facta est vox salutationis tuae in auribus meis, exultavit in gaudio infans in utero meo. Unde doctissimus Petrus Ravennas (serm. de Ioan. Bap.) dixit: Per